

aperiri, aut quovis ludo exereere, vel choreas horis Ecclesiastici Officii vel sacre Concionis, Judiciorum quoque usuras compescere, aut ne diebus Festis laboretur aut litigetur, & ne sibi ipsi, vel famulis vel Officialibus suis matrimoniis inter populares suos procurant, p. 319, & 316. n. 33.

Magnentius tyrannidem invadit, rebellans contra legitimos Imperatores, scilicet Constantem, quem occidit per Gaionem in castro Helene Pyrenis finitimo. Deinde periculoso consilio contra Constantium pugnavit ad Muriam Pannonie oppidum. Primo impetu pedem retulit Constantii exercitus: ac resumptis animis Magnentianos dira strage affectos in fugam compulsi. Magnentius & frater ejus Decentius se suis gladiis peremerunt, p. 60. n. 22.

Malcion Presbyter Antiochenus Paulum Samosatenum in secundo Concilio Antiocheno disputando vincit, p. 47. n. 5.

Manasses Arelatensem Episcopum quinque simul opimiores Episcopatus possidet, p. 258. n. 26.

Manes seu Manichaei haeresis duo rerum principia, unum bonum, alterum malum astruens, p. 44. n. 25.

Manes iussa Perfarum Regis excoiatus, ibid.

Mantalse Concilium in castro Mantala Vienneis Provinciae convenientibus Galliae Proceribus cum Episcopis, Arelatense regnum ex reliqua Gallia sejunctum Bosoni lubenter acceptanti obtulit. Fuit Boso Carolo Calvo Imperatori acceptissimus: Bosonis quippe sororem Richildem mortua priore uxore Hermetrude Carolo sibi matrimonio copularat. Nec minorem gratiam iniit Boso apud Joannem VIII. Pontificem, a quo etiam fuit in filium adoptatus. Carolus Calvus ad favoris cumulum Hirringaldem Ludovici secundi Imperatoris filiam nuptu Bosoni collocavit. Regnum istud Arelatense provincias Narbonenses cis & ultra Rhodanum, & Vienneses, Allobroges, Alpeque Pninas & Burgundiam Sequanorum complectebatur, p. 250.

Manuel Comnenus perfidus Graecorum Imperator, Latinorum copias in Palaistinam proficicentes disperdit, p. 278. n. 18.

Marcellinus Papa, compellente Diocletiani persecutione, idolis thurificavit, p. 54.

Marcianus Episcopus Arelatensis Novatiani schismatis promotor, p. 43. n. 19.

Marcion haeresiarcha Christiano patre natus, qui soluto matrimonio fieri meruit in Ponto Episcopus, ob stuprum illarum Virgini consecrata excommunicatus a patre fuit, Romam confugit ad Pontificem Anicetum, detrectans autem impostam sibi poenitentiam in haeresin duorum deorum sibi mutuo adversarum, boni scilicet & mali, lapsus est. Bonum dicebat Spiritum Conditorum novae Legis Auctorem Christum, cuius tamen abrogabat incarnationem, nativatem & mortem. Malum verum Deum comminiscatur visibilibus omnium veterisque legis opificem, atque carnum alimoniam & matrimonium execrabatur. Obvius in urbe Roma factus aliquando Polycarpo Smyrnenfium Episcopo procaiciter ei dixit: Me ne cognoscis? Respondit vir sanctus: Cognosco primogenitum diaboli. Suas iste haeresis a Cerdone mutuatus est, pag. 13. num. 13.

Marcus Evangelista missus a Petro Alexandriam fundat Ecclesiam, p. 3. n. 9.

Marcus Aurelius Romanus Imperator ab hostibus, Marcomannis inter augustias interceptus, liberatur & victor evadit per orationes Christianae legionis, quae Melitina vocabatur, obtinuitque de caelo crebra fulmina in hostes irruentia, ignitamque pluviam, quibus illi calamitatibus percussi compulsi sunt ad Romana castra confugere, pacemque ab eis postulare. Idem tamen Aurelius, qui tanto beneficio obstrictus suam erga Christianos benevolentiam promulgato edicto demonstrat, calumniis Ethnicorum circumventus, eosdem dire infectatus est, p. 31. 32.

Maria Virgo Deipara, & Joannes Christi Apostolus, testante Synodo oecumenica Ephesina, intra Ephesum simul habitaverunt, p. 143. n. 7.

Maria Stuartia. Mariae Stuartae Scotorum Reginae calamitates, & mors ab haereticis, p. 379.

Martina Virgo Romana Martyr, sub Alexandro, p. 41. n. 6.

Martini Lutheri haeresis Germaniam & Septentrionis regna pervertit, p. 378. n. 11. & p. 379.

Martyres sub Licinii persecutione, p. 58. n. 10. Martyres sub Domitiano indigniores, p. 5.

Martyrius.

Martyrius Antiochie Episcopus orthodoxus a Petro Cnaphae Eurychiano vi depellitur, qui ejus invadit Ecclesiam, p. 129. n. 23.

Matisconense Concilium I.

Matiscona est Heduerum olim oppidum Arari adiacens. Ibi Concilium celebratum est anno Domini 581. Pelagio II. Pontifice, Guntranno Rege indicente uo ex quatuor Clotarii liberis, p. 192.

Can. 1. Matisconensis providet vitae & bono Clericorum exemplo, ne cum mulieribus cohabitent praeter aviam, matrem, & sororem, ibid.

Can. 3. Ut nulla mulier in cubiculo Episcopi ingrediat, absque duobus vel Presbyteris, vel Diaconis, ibid.

Can. 4. Ut ab Ecclesiae liminibus prohibeantur, quicumque relictas Ecclesiae oblationes retinent, ibid.

Can. 5. Ut Clericus, qui sagum, vestimenta vel calceamenta secularia gestat, includatur, solaque aqua & modico pane per dies triginta visitetur, ibid.

Can. 6. Ut Archiepiscopus sine pallio Missam dicere non praesumat. Vide in Decretibus tit. de aut. & usu pallii, ibid.

Can. 7. De Clericorum immunitate a foro seculari: ibi tamen excipiuntur crimina homicidii, maleficii, & furti, ibid.

Can. 8. Ut nullus Clericus alium Clericum apud iudicem secularem accuset, aut ad causam dicendam conveniat, p. 193.

Can. 14. Ut Judaei a die coenae Domini usque ad primum post Pascha diem se Domi contineant, ibid. Et can. 30. Concilii Aurelian. III.

Can. 15. Ut nullus Christianus Judaeorum convivis accumbat, ibid.

Can. 17. De perjuriis aut falsi testimonii reis, ibid.

Matisconense Concilium II.

Matisconense Concilium secundum ann. Christi 585. ibid.

Can. 6. Instaurat Concilii Africani can. 8. ut Sacramenta Altaris non nisi a jejunis sumantur. Et ut reliquiae Eucharistiae vino dilatae innocentes jejunis praebentur, ibid.

Can. 16. Ut Vidua Subdiaconi, Exorcistae vel Acolythi in viduitate persistat, sub poena perpetuae clausurae, ibid.

Matrimonium.

Matrimonium impeditur & dirimitur ex capite cognationis, si ve affinitatis, tum spiritualis, tum carnalis. Jure quidem veteri usque ad septimum gradum. Sed postmodum edixit Concilium Lateranense quarrum sub Innocentio III. ne prohibitio gradum quartum excedat, can. 50. p. 307. Deinde Sanctio Tridentina impedimentum publicae honestatis reduxit ad secundum inclusive gradum, & affinitatem insurgentem ex quacunque illicita copula restrinxit intra primum gradum. Spirituale quoque affinitatem limitavit in Baptismo & Confirmatione, p. 409. 410.

In publicandis ante Matrimonium bannis ne sit difficilior dispensatio, n. 6.

Matrimonia clandestina reprobantur, & proflus invalida irritaque, declarantur sessio. Trident. 24.

Matrimonia filiorum familiaris inconsuleis parentibus prohibita, sed non idcirco censenda irrita, p. 408. n. 56.

Ad Matrimonium ut subsistat, qualisiam Parochi praesentia requiratur, ibid. & seqq.

In Matrimoniis vagorum adhibenda cautio, p. 410. cap. 7.

Matrimoniorum causae pertinent ad Ecclesiasticam Jurisdictionem, p. 407. 408.

Matrimoniorum libertatis infractoribus anathema infligitur, p. 410. cap. 9.

Matthias.

Matthaeus Apostolus quondam primus Evangelium Hebraice conscripsit, p. 2.

Matthias.

Matthias in locum traditoris Judae sufficitur, p. 1.

Mavia.

Mavia Saracenorum Regina quo tempore Valens Arianus Orientis regebat Imperium, dejerato Idolorum cultu, victisque saepius Valentis copiis Christianam cum baptismo religionem suscepit, frustra connitente Valente, ut Arianis se adjungeret, Luciumque Alexandriae Ecclesiae post defunctum Athanasium invalorem sceleretur: At illa constanter insistit, ne illius sibi laeque genti praeter Moysen daretur Episcopus: iste vero non est passus sibi manus a Lucio, sed tantum a conquisitis Orthodoxis Episcopis imponi, idque obtinuit, p. 61. nu. 31.

Mauricius.

Mauricii Imperatoris a Phoca rebellante calamitas, & mira patientia, p. 195. n. 3.

Maximianus.

Maximianus Hercules dum Constantino genero infidias fruit, hujus justione Mailliz perimitur, p. 57. n. 2. Maximianus alter tyrannus Galerius & Armentarius ex gregario milite factus primum a Diocletiano Caesar, deinde illo in Dalmatiam abeunte promotus Imperator germinos creat Caesares; Severum ad regenda Occiduas provincias, & Maximinum,

Mediolanense Concilium VI.

Mediolanense Concilium VI. ut Episcopus illos ab audiendis confessionibus prohibeat, quos noverit ea abuti potestate, p. ibid.

Et ut fideles poenitentiae Sacramento se praemuntiant in periculis mortis, bello, peste, & peregrinationibus, ibid.

Item imminente Quadragesima, qualiter Episcopus plebi debeat invigilare, p. ibid.

Tit. 15. Qualiter defunctorum pia voluntati satisfaciatur, quando tenuis elemosyna non sufficit Clericorum alimoniae, & de Missarum reductione. 426.

Tit. 17. Ne quis repentina morte praeventus sepeliatur ante 24. a morte horam, ibid.

Tit. 26. De Vicario Episcopi ejusque potestate, ibid.

Tit. 30. De clausura Monialium: ut ne quis absque licentia Episcopi intra Monasterii septa ingrediat. Et de locis colloquiorum clavis obcludendis, quae apud praefectam remaneant, & ne citra ejus permissionem miscantur cum quibuslibet externis colloquia, ibid.

Item ne Episcopi citra necessitatem claustra ingrediantur, ibid.

Et ut Episcopus familiam suam in morum honestate contineat, tit. 21. ibid.

Tit. 16. Ut Feria V. Coenae Domini in loco, in quo sanctissimum Christi Corpus reconditur, unus saltem Sacerdos aut Clericus sacris initiatus ad custodiam & orationem excubet, ibid.

Mediolanensa Concilia Arianorum tempore habita.

Mediolanensa duo Concilia tempore Arianae infestationis habita. De primo, quo tempore habitum fuerit, inquiritur, scilicet Constante Occidentis Imperium regente, cui parebat Mediolanum cum Italia, & illud fuit Praesulum Orthodoxorum. Huic Concilio Valens Muris & Ursacius Singidunus Episcopi libellos poenitentiae obulerunt. Hic etiam damnata fuit Phorini Sirmii in Pannonia inferiori Episcopi haeresis, omnem Christo divinitatem cum Paulo Samosateno abrogantis. Supplices autem Valens & Ursacius a Concilio isto ad Julium Papam & Athanasium tunc Romae commorantem missi sunt, coram quibus Arianismum suaeque in Athanasium calumnias ejurarunt: sed mortuo Catholico principe Constante, ut Constantio illius fratri, & in parte Imperii successori Ariano gratificaretur, duae ille venales animae ad pristinam reverti sunt haeresim, suumque vomitum resorbuerunt, p. 99. & seq.

Secundum vero illius Saeculi Mediolanense Concilium sub Constantio Ariano collectum fidem Nicanensem oppugnavit, & orthodoxos Episcopos subrogatis eorum loco Arianis damnavit, p. 109. & seq.

Meldense Concilium.

Meldense Concilium anni 813. regnante Carolo Calvo, p. 241. Interfuerunt cum suffraganeis tres Metropolitae, Venilo Senonensis, Hincmarus Rhemensis, & Rodolphus Bituricensis. Degeneraverat Carolus Rex in segnitiam & morum improbitatem. Qua occasione Normanni universam Galliam nemine obistente popularunt, Rex vero per fordidam & sacrilegam avaritiam Ecclesias diripiebat, Episcopatus, Abbacias, & quasvis Ecclesiae praefecturae venales habebat, & laicis pretio conferebat, ut ex hoc ipso Concilio perspicuum est, aliisque hujus temporis Synodis Gallicanis.

Can. 8. Supplicanti Regi Ancistites, ut quodocunque sedes aliqua Episcopalis vacaverit, sine mora remotaque simonia Rex ipse, quem juxta Dei regulam digniorem designaverit, provideat successorem, ibid.

Can. 9. & 10. Conqueruntur de Rege Patres Abbates laicos Monasterii praeserentes. Simul etiam ipsos Abbates laicos & Monachos, qui tales suscipiunt, anathemate damnant, & Episcopos hac dissimulantes a Missis interdicunt, ibid.

Can. 11. Ad Regem dirigitur comminans a Deo ultio, eo quod res Ecclesiarum expilet, ipsas vero Ecclesias tribus opprimat. Eidem exprobat Patrum suorum erga Ecclesias munificentiam, ibid.

Can. 12. Admonitio ad Regem de restituendo Ecclesiastico Ordine, de agenda poenitentia, de reparandis Ecclesiis ruinis, quas intulerat, p. 242.

Can. 17. Eadem iteratur querimonia & admonitio, ibid.

Can. 18. Postulat rescindi mandata & onera refarciti Ecclesis imposita, ibid.

Can. 19. De immunitate Ecclesiarum, & ne ab eis indebita praestationes exigantur, ibid.

Can. 24. Ut Rex officii sui memor defensorem Ecclesis sese exhibeat, ibid.

Can. 28. Ut Rex Episcopis plenam intra ipsorum Ecclesias residendi licentiam permittat, ibid.

Can. 30. De ambitiosa Praetorum translatione cohibenda, ibid.

Can. 34. Ut Canonum statuta haecenus neglecta a curiis custodiantur, ibid.

Can. 37. Ne Clerici armati incedant, ibid.

Can. 40. Pia ad Regem admonitio de hospitalibus instaurandis, ibid.

Can. 41. Ut auctoritate Regia vota fidelium in construendis & dotandis Monasteriis involata permanent, & ut eis bona ablata restituantur, Can. 42. Eadem denuo magis inculantur, ibid.

Can. 62. De decimis, & nonis ex rebus Ecclesie a laicis possessis perfolvendis ad reparacionem Ecclesiarum, & ad Clericorum sustentacionem, *ibid.*

Can. 63. De immunitate rerum Ecclesie donatarum, iisdemque addictarum per regiam auctoritatem tuenda, p. 243.

Can. 72. De pretio pro sepultura non exigendo. De prohibita sepulcri violatione. De elemosynis sponte oblati ad acquirendum jus privatæ in loco sacro sepulture quasi titulo componendæ servitutis, quæ imponitur Ecclesie, *ibid.*

Meletius.

Meletius Lycopolis in Ægypto Episcopus convictus sacrificii idolis oblati, ideoque a Petro Præfule Alexandrino depositus, schisma contra illum fuscitavit, cui se impius Arianus adjungit invidia, & superbia tabescens, eo quod sibi prælati fuisset in Alexandria Episcopatu, p. 58. n. 9.

Meletius aliter ab Arianis in Antiochenam sedem promotus, factus mox orthodoxus ab istis dejectus, suffectus ei Euzoio. Paulinus autem a Lucifero Calaritano in Sardinia Episcopo Legati Apostolici per Orientem munere fungente, ambobus in ordinem redactis, Antiochenæ Ecclesie præfuit. Atque ita tres Antiochia fuerunt Episcopi, unus Arianus, duoque orthodoxi. Sed Orientalibus orthodoxis gratior & acceptior fuit Meletius, ideoque in secunda Synodo œcumenica confedit, in qua diebus etiam obiit extremum. Cui Synodus neglecto Paulino (cui ex patris antea conventis integra debebatur successio) Flavianum suffecit, quo eventu propagatum Antiochenum schisma, repugnantibus Damaso Papa & Gregorio Nazianzeno. Singuli tamen ex tribus Meletius, Paulinus & Flavianus illa sede dignissimi fuerunt, pag. 104. nu. 5. pag. 113. num. 10.

Melphienſe Concilium.

Melphienſe Concilium, p. 272. habitum apud Melphium Apuliae urbem anno 1080. cui Urbanus II. Rom. Pontif. interfuit.

Can. 7. Nihil exigendum pro religionis ingressu, *ibid.*
Can. 8. Verat ullius Episcopatus, Abbatie vel alterius dignitatis investituram de laica manu accipere, *ibid.*

Can. 9. De Clericis in curiis versantibus ad suas Ecclesias retrahendis, *ibid.*

Can. 10. Ne Episcopus Monachum vagantem sine Abbatis licentia recipiat, *ibid.*

Can. 13. Luxus in vestibus clericis aut alioqui pompis prohibetur, *ibid.*

Can. 14. Presbyterorum illegitimi filii a sacris altaribus longe removendi, *ibid.*

Can. 15. A propriis Episcopis excommunicatos nemo Prælarus recipiat, *ibid.*

Can. 16. Quenam sint falsæ penitentia, quibus recusanda est absolutio, *ibid.*

Menander.

Menander Simonis magi discipulus, p. 4.

Metropolitani.

Metropolitanorum supra reliquos Episcopos prærogativa, p. 92. can. 9.

Metropolitani non differant ultra tres menses consecrationem suffraganeorum Antistitum, & interim redditus Ecclesie viduatae salvi per œconomum custodiantur, p. 154. can. 25.

Metropolitanorum officium in convocandis ad Synodum quotannis provincie suæ Episcopis, p. 75. p. 154. can. 19. p. 184. 185. c. 1.

Michael.

Michael dicitur Prophogenitus matrem Theodoram eximia virtutis a regni ministerio amoveret, remissa omni cura in nequissimum hominem Bardam, seque profusus luxuriis & crapule addidit. Deinde Bardam ipsum ob ejus superbiam perosus per Basilium interimit, cui confert Imperii dignitatem. Cum vero Basilium Michaellem admoneret officii, cum Michael mandata quoque interfici. Sed admonitus Basilium ab illo, cui mandata fuerat sui interfectio, Michaellem de medio tollit, ejusque sibi asciscit Imperium, p. 229. & seq.

Michael Cerularius Patriarcha Constantinopolis scriptis libris Ecclesiam Romanam oppugnat. Sed Leo Papa IX. Legatos Constantinopolim mittit ad Imperatorem Constantinum Monomachum, quos iste benigne ac perhonorifice excepit. Princeps Legionis eximii ingenii & prudentia vir erat, quem Pontifex secum ex pristina Diocesi Tullensi Romam adduxerat, Humbertus Sylva-Candidæ Episcopus Cardinalis. Iste congressum cum Patriarcha petiit. At ille sibi dissidens Nicetam cœnobii Studitarum Monachum librorum sub nomine Patriarchæ editorum auctorem protulit, qui palam disputatione convictus conversusque, palinodiam publice dixit. Cerularium vero pertinacem tres Legati publice Constantinopoli excommunicarunt, p. 262. n. 19.

Michael Palæologus Constantinopolim Latinis eripit, pag. 326. n. 13. Romanam Religionem per literas & Oratores in Concilio Lugdunensi I. profertur, metuens, ne instigante amulo suo Carolo Andegavensi quidquam in Concilio Gallicano adversum se decerneretur. Qua etiam ex causa metus, inter-nuncio usus Joanne Prochyta Monachi veste induto, Petrum Aragoniæ Regem ad eripiendum Carolo Andegavensi Sicilia regnum impulit, in quo Franci omnes improvi ad signum vesperarum Paschaliu truncati sunt, p. 296. n. 15.

Michael Balbus. Vide in B.

Duo fuerunt Milevitana Concilia in unum a collectoribus confusa. Primum quidem anni 402. cui præfedit Aurelius Carthagini Episcopus, necdum exorta hæresi Pelagiana. Posteriori præfedit Sylvanus Numidiæ Primas, & huic interfuit S. Augustinus. Præfatio vero quæ meminit Aurelii Carthaginiensis, pertinet ad primum Concilium, Subscriptiones quoque sunt supposititiæ, ut recte judicat Baronius, p. 136.

Can. 1. Docet Adamum sine peccato extitisse immortalem cum prole sua, *ibid.*

Can. 2. Infantes trahere ab Adamo peccatum originale nullo modo nisi baptismo redimendum, *ibid.*

Can. 3. Gratiam Christi necessariam esse ad non peccandum de cetero, *ibid.*

Can. 4. Nec tantum ut malum dignoscamus, sed etiam ut cognitum evitemus, *ibid.*

Can. 5. Nec solum ut facilius, sed prorsus ut vitetur peccatum & fiat bonum, *ibid.*

Can. 6. Nec solum ex humilitate, sed ex veritate peccata fatemur, *ibid.*

Can. 7. Justos non solum pro aliorum peccatis, sed pro suis etiam veniam petere, *ibid.*

Can. 8. Eadem assertio repetitur, 137.

Can. 16. Decernit petendos esse ab Imperatoribus defensores, qui jura Ecclesiarum tueantur, & possint iudicium secretaria evolvere, *ibid.*

Can. 17. Ut nefas sit conjugibus invicem separatis novas nuptias expetere, *ibid.*

Can. 19. Ne Clerici ad secularia iudicia confugiant, *ibid.*

Can. 20. Ne Clerici ad Comitatum progrediantur sine formatis Episcopi sui, *ibid.*

Can. 22. Ut Clerici ad transmarinas Ecclesias non provocent. Non ibi loquatur de Episcopis, sed de Presbyteris inferioribus Clericis, quibus non licet Papam convenire omisso intermedio tribunali, seu Episcopi, seu Synodi, *ibid.*

Can. 26. Ut ubi formidatur præpotentis violentia, aut ne virgo non velata moriatur, possit Episcopus velare ante illius ætatis annum vigesimum quintum, qui annus præfixus fuit a Concilio Carthaginiensi III. can. 4. Virginitatem consecrationi, & Diaconorum ordinationi, *ibid.*

Can. 37. Ex alio eoque nationali rotius Africa Concilio decernit, ut ubi & quando per diurnam Episcopi absentiam Ecclesia dispendium pateretur, eligantur terni de singulis Africanis provinciis, qui mutua deliberatione decernant, & suppleant absentia proprii Episcopi, p. 138.

Missæ.

Missæ ne celebrentur extra Ecclesiam, nisi ex necessitate cum dispensatione, p. 109. n. 29.

In Missa vinum cum aqua modica miscendum, p. 206. nu. 1. p. 210. n. 4.

Missæ præfationum quæ sunt, & quibus diebus celebrandæ, p. 211. n. 6.

Missæ non nisi a jejuniis celebranda, & Eucharistia non nisi a jejuniis sumenda, p. 116. n. 29. & p. 193. n. 2.

Missæ celebratio non est permittenda peregrinis & ignotis, p. 438. num. 2.

Missæ celebratio per dispensationem Joannis octavi Papæ permittitur Hincmaro Laudunensi cæco assistente sibi Presbytero, p. 246. n. 6.

Missam audiendam esse in propria parochia, p. 254.

Missio.

Missio Ecclesiastica necessaria ad verbum Dei prædicandum, ad regimen Ecclesie, & ad Sacramenta ministranda. Missus est a Patre Christus, & a Christo Apostoli; Joannes quoque missus a Deo, p. 393. n. 2.

Milione carent omnes heretici, ideoque nullatenus audiendi, *ibid.*

Moguntinum Concilium I.

Moguntinum Concilium sub Leone Papa III. & Carolo Magno anni 813. p. 237.

Can. 9. Ut Canonice vivant subiecti Episcopo, in cunctis ei obediens, simul manducent & dormiant. In mensa lectionem audiant. Et in claustris maneat sub Magistro cui obtemperent, *ibid.*

Can. 17. Laici ipsi convictores ne arma secularia gestent, *ibid.*

Can. 28. Presbyteri ubique utantur orariis, *ibid.* Et qui rei sit orarium, *ibid.*

Can. 45. Ut Clerici edoceant rudes personas, Orationem Dominicam, & Symbolum, p. 238.

Can. 47. Ut parentes & patrini id curent pro filiis, & iis quos susceperunt ad Sacramentum, *ibid.*

Can. 54. Prohibet nuptias in quarto gradu, *ibid.*

Can. 55. Afruit affinitatis spiritualis impedimentum dirimens nuptias, *ibid.*

Can. 56. Incestas conjunctiones rejicit a matrimonio, *ibid.*

Moguntinum Concilium.

Moguntinum alterum Concilium anni 1549. duabus partibus constat. Prima pars refert canones 47. Lutheri hæresim profigantes. Altera canones 57. morum & Ecclesie disciplinam, p. 391.

Can.

N

Nancium.

Nancium civitas a Carolo Burgundinorum Duce obsidetur, acie victo fugatoque Lotaringie Duce Renato, qui postmodum Germanorum, Helvetiorumque suppetis roboratus, conferta pugna Carolum (qui ibi concidit) superat, p. 353. n. 64.

Nammetense Concilium.

Nammetense Concilium ad Ligerim epochæ incertæ, p. 253.

Can. 1. Ut quilibet Dominicis Festisque diebus in propria Parochia Missæ interfuit, & ibi qui interfuit inimici, reconcilietur, p. 254.

Hoc idem de audienda Missa in propria Parochia firmatur hujus Concilii can. 2. his verbis: *Ut nullus Presbyter alterius Parochianum, nisi in itinere fuerit, vel placitum ibi habuerit, ad Missam recipiat.*

Concilium autem Trident. sess. 24. cap. 4. hoc unum exprimit: *Monach Episcopus diligenter populum, teneri unumquemque parochia sua interesse, ubi commode id fieri potest, ad audiendum verbum Dei.*

Can. 6. Ut pro sepultura nihil muneris exigatur, nisi defunctus aliquam dari voluerit elemosynam. Et ne intra Ecclesiam aut prope altare quis sepeliatur, sed in atrio Ecclesie vel Cœmeterio, *ibid.*

Can. 8. Ut nullus Episcopus plures civitates, aut vir plures uxores habere non possit, ita nullus Presbyter aut Clericus plures habeat Ecclesias, *ibid.*

Vide can. 10. Calched. p. 152. n. 17. & Nicani secundum can. 15. p. 220. & Claromontanum can. 12. p. 164. & Agathensem can. 57. p. 214. & Epaonensem can. 9. p. 173. & Lateranensem quarti can. 29. p. 299. & Tridentinæ sess. 7. c. 4. & sess. 24. c. 17. n. 75. & 76. p. 416. & *ibid.* scholia.

Can. 9. Ut de oblationibus vel de pauperibus oblati partes incise in vase mundo ponantur & benedicantur a Sacerdote. Et post Missam qui communicare non fuerint parati, pro eulogiis accipiant, p. 254. De his vide, p. 28. n. 5.

Narbonense Concilium.

Narbonense Concilium I. anni 1235. trium provinciarum Narbonensis, Arelanensis & Aqueensis, in quo inquisitoribus sanctæ Fidei certæ quædam præscriptæ sunt leges procedendi contra hæresim Albigenam, p. 313.

Narbonense Concilium alterum anni 1603. tit. 26. de Episcopis statuens, debere Episcopos orationibus vacare, & familiam in sacellum Episcopale singulis diebus convocare, ut communes preces Deo effundant, & Missæ devote interfuit, pag. 445. 446.

Item Pontificalia erga paratos subditos exercere. Officiarios probata vitæ instituire, se facile aduentibus exhibere, conviviis abstinere, frugali mensa & suppellectili mediocri contenti esse, nullas fœminas in suis aedibus admittere, neque profanas effigies habere, operibus caritatis & elemosynis insistere, familiarum moribus invigilare, scandala omnia caute devitare, cunctisque pietatis exemplis præluere, denique gravem atque prudentem sibi confessorium ejusque laudabilibus monitis deferre, p. 446.

Ut Prælati defuncto Capitula Præsules commonefaciant, ut preces indicendo ejus animæ suffragentur, *ibid.*

Tit. de beneficiis conferendis. Ut provis ad beneficium inventarium conficiant rerum mobilium & titularum Ecclesie, ut futuris successoribus conserventur, *ibid.*

Neocesareense Concilium.

Neocesareense Concilium apud Neocesaream Cappadociae urbem, quam Lycus fluvius interfuit. Concilio isti præfedit Vitalis Antiochenus. De plebique irregularitatibus decernit, p. 65.

Can. 8. De ea irregularitate quæ ex adulterio uxoris oritur. Si enim post agnitum ejus crimen maritus commercium nuptiale cum ea habuerit, efficitur irregularis ad omnes sacros Ordines, *ibid.*

Can. 9. & 10. Irregularem dicit eum, qui aliquando fuerit fornicatus. Illiberitanus can. 30. & Nicænus canon secundus idem decernunt. Sed jam dudum a pristinis sæculis hæc irregularitas exolevit, *ibid.*

Can. 11. Defectum ætatis pro irregularitate notat ad Sacerdotium ante annum 30. *ibid.*

Can. 12. Irregularem decernit illum, qui fuerit in lecto baptizatus, qualis extitit schismaticus Novatianus, *ibid.*

Can. 15. Prohibet plures quam septem Diaconos ordinari, etiam in amplissima civitate, *ibid.*

Narſes.

Narſes Eunuchus Gothos Italia pellit. Deinde injuria offensus Longobardos in Italiam evocat, p. 195. & seq.

Neapolitana historia.

Neapolitana historia a regno Caroli Claudi ad Joannam secundam, p. 345.

H h

Nero.